

A Faucibus valet Balneum à Strunis , Bal. Braculæ.
 Febribus valet Baln. Sulfataria, Iuncaria, Foris cryptæ, Baln. Trituli, Baln. Braculæ & Orthodonici.
 Fistulæ valet Baln. Solis & Lunæ, Baln. Cantarelli.
 Fluxui valet Balneum Gibborosi.
 Frigoribus valet Baln. Petrolei.
 Fronti valet Balneum S. Georgij.
 Gaudia mouet Baln. Iuncaria.
 Genibus & genis valet Balneum Petrolei.
 Gingiuis valet Baln. Succellarij.
 Gutta valet Baln. Trituli Bal. Solis & Lunæ, Baln. Spelunca, Bal. Gibborosi.
 Hemierania valet Baln. de Ferris, S. Lucia.
 Hepati valet Bal. Iuncaria, Bal. Arculi.
 Humores euacuant Sudatorium Trituli, Sudatorium Anagni.
 Hypochondriis valet Baln. S. Crucis.
 Iccori valet Baln. Foris cryptæ, Baln. Subueni hominibus, Baln. Arcus, Baln. Succellarij.
B Iliacis valet Baln. Sudatorij Gibborosi, Foris Episcopi.
 Impetigini valet Baln. de Scrofa.
 Inguinibus valet Baln. de Bulla, Baln. de Scrofa.
 Interioribus valet Baln. de Petra, & Baln. de Arcu.
 Lacertis valet Baln. de Prato.
 Lachrymis oculorum valet Baln. Sulfuraria.
 Languentibus valet Baln. Sudatorij, Baln. S. Anastasia.
 Lapidum valet Baln. de Petra, Baln. S. Georgij, ac Bal. Gibborosi.
 Lateri obest Baln. Cantarelli.
 Lentigini valet Baln. Succellarij.
 Lepre valet Baln. Petrolei, Bal. Scrofa.
 Lætitiam prouocat Bal. Iuncaria.
 Lumbi obest Baln. Palumbaria.
 Lacti ac Lubricitati ventris. Lac multiplicat Bal. Fontanæ, Lubrificat ventrem etiam Fontanæ lauacrum.
 Matrici valet Bal. Bullæ, Sulfuraria, Baln. Syluiana, Balneum Gibborosi.
 Membris valet Balneum à Strunis, Bal. Plagæ, Bal. Arculi, Bal. Gibborosi.
C Menstruis valet Balneum Syluiana, Baln. Gibborosi.
 Menti valet Balneum Colaturæ, Baln. Tripergulæ.
 Morpheæ valet Balneum Petrolei.
 Morbo cuiuncunque valet Baln. Plagæ, Baln. Gibborosi.
 Nauseæ valet Baln. Orthodonici.
 Nervis valet Balneum Sulfuraria, Baln. Culmæ, ac etiam Bal. S. Crucis efficaciter.
 Oculis valet Baln. Sulfuraria, Baln. Bullæ, Baln. à Strunis, Baln. Plagæ, Baln. Petreæ, Baln. Trituli, Baln. Prati, Palumbaria, Baln. de Ferris, Baln. Arculi, ac S. Lucia excellenter.
 Ori valet Balneum à Strunis, Baln. Colaturæ, Bal. Petrolei.
 Pectori valet Balneum à Strunis, Bal. Iuncaria, Baln. Fortis cryptæ, Baln. Petreæ, Balneum Subueni hominibus Bal. Succellarij.
 Pedibus valet Balneum Tripergulæ, Baln. S. Georgij.
 Phlegmati valet Balneum Sulfuraria, Bal. à Strunis, Bal. Raineri, ac etiam Baln. Trituli, & Sudatorium eiusdem.
 Pilis valet Balneum Gibborosi.
D Plagis valet Bal. Cantarelli Bal. Subueni hominibus & Solis & Lunæ, Fontis Episcopi, Scrofa, Bal. Crucis.
 Pulmoni valet Baln. à Strunis, Baln. Foris cryptæ, Colaturæ, Subueni hominibus, & Succellarij.
 Renibus valet Baln. Iuncaria, Baln. Plagæ, & de Petra, Palumbaria Gibborosi, & Fontanæ.
 Rheumati valet Baln. à Strunis, Baln. Arculi, Baln. Culmæ, ac Baln. Trituli.
 Sanguinis fluxui valet Baln. Cantarelli.
 Sanioffis valet Bal. Raineri, Bal. Sulfuraria.
 Scabiei valet Sulfuraria, Bal. Raineri, Succellarij, Scrofa.
 Scapulis valet Baln. de Prato.
 Scrofulis valet Baln. de Scrofa.
 Sensibus valet Baln. Palumbaria.
 Scirpini valet Baln. Raineri, Petrolei.
 Schiæ valet Baln. S. Anastasia, Baln. Tripergulæ.
 Sterilitati valet Baln. Sulfuraria, Baln. Syluiana.
 Symptomatibus valet Baln. S. Georgij.
 Somno valet Baln. Arculi.

Spleni valet Balneum Subueni hominibus, Baln. Arcus, E Baln. Pugilli, Baln. Succellarij, Balneum Braculæ, S. Crucis.
 Stomacho valet Baln. Sulfuraria, à Strunis, Iuncaria, Baln. Foris cryptæ, Colaturæ, Subueni hominibus, Bal. Tripergulæ Arculi, Petrolei, Succellarij, ac S. Nicolai.
 Sudori valet Baln. Sudatorij, Tripergulæ, & Culmæ.
 Superciliis valet Baln. de Ferris.
 Sulpiriis valet Baln. Iuncaria.
 Tritari materia valet Baln. Plagæ.
 Tortioni valet Balneum Succellarij.
 Triftitiæ valet Baln. Subueni hominibus, Bal. Petrolei.
 Tumoribus valet Baln. Subueni hominibus, Bal. Arcus.
 Tussi valet Baln. à Strunis, Foris cryptæ, Colaturæ, Spelunca, Succellarij.
 Veneri valet Baln. Iuncaria.
 Veneri valet Baln. Subueni hominibus, Baln. Arcus, Pugilli, Baln. Crucis, Episcopi Fons. **F**
 Vesicæ valet Baln. de Petra, ac Fontanæ.
 Visceribus valet Baln. de Prato.
 Viceribus valet Baln. Sudatorij.
 Voci valet Baln. à Strunis, Baln. Subueni hominibus.
 Vrinæ valet Baln. Succellarij, Baln. Petreæ, Braculæ, Baln. Palumbaria, ac S. Georgij efficacius.
 Vigiliis valet Baln. Arculi, seu S. Mariæ, Baln. Fontanæ.
 Hydropicis valet Baln. Trituli, Bal. Pugilli, Spelunca, Crucis, & nocet aqua Foris cryptæ.

Similes effectus & operationes alijs Balneis & Thermis alij adscribunt, & reipsa experiuntur. Quorum lubricationes & testimonia cum in manibus omnium versentur, superuacaneum duximus amplius iis recensendis immorari.

* BALNEA ALIQVOT ET THERMÆ CELEBRIORES
Præter immediatè traditas.

Varia præter iam dicta Campania, in Italia reperire est Balnea, quorum virtutes varij scriptores tradidit: nobis suffecerit compendio eadem numerasse. In ciuitate Aquisinensi, balneum est, quod de Aquis vocant, haud procul à monte Serrato, diuisum in bina lauatoria, quorum vnum marium est, alterum dominarum, confertque plurimum ea aqua ægritudinibus iuncturarum & neruorum. **G**

Balneum Calderinum siue Caldarianum Veronense nuncupatum, quamuis decem miliaribus à Verona distet, nostro tempore repertum, aquam habet saluberrimam, eius virtutes, varij scripsere.

Prope Paduam septem sunt balnea, quorum nobilissimum est, quod vocant balneum Ebani, ad pedes cuiusdam monticuli.

Est Baln. Carpense in Lombardia dictum Brandula, à Castello quod in vicino est, etiam repertum ante annos lx. aut circiter.

Balneum Porrectæ, in comitatu Bononiensi, prope Alpes, Pistoriense etiam celebre in illo territorio habetur, & à varijs qualitibus commendatur.

In territorio Thufcia, plura balnea describuntur à Mengo Faentino, libello particulari de Balneis: vti & de Pisanis, & iis quæ sunt in comitatu Volaterrano.

Balneum Aquæ Borræ in ducatu Florentino prope castrum dictum Varco, saluberrimis aquis abundat, & mirandos effectus non raro producit. **H**

Balneum Petrioli in tractu Senarum apud veteres in fama erat, à virtute exsiccandi & calefaciendi. Ac plura in Comitatu Senarum balnea sunt, quæ ab incolis commendantur.

Balneum de Grotta distans milliari à ciuitate Viterbiensi, suppeditat aquas sapore gratas, qualitibus salubres & medicas.

De Thermis Patauinis scripsit ante ann. CC. Ioannes de Dondis Patauinus; suntque & amoenissima, & multorum elogijs celebrata. Vnde & Herculeum hic confedisse fabulantur, atque in iis membra labore defatigata relaxasse. Vocantur autem Thermæ Aponi, à fonte ex quo deriuantur, quem Claudianus elegantibus versibus exornat. Theodoricus Rex Ostrogothorum cum Rauennam Imperij sui sedem constituisset, Patauium bellicis incurfionibus collapsum restaurauit, & ædificia ad thermas Aponi vetustate attrita regijs impensis instaurauit. Exstat illius Epistola ad Aloyfium